

# CANTUS AD BENEDICTIONEM CAMPANARUM

VIII

ox Do-mi-ni super aquas mul-tas, De-us ma-je-sta-tis into-nu-it: Do-mi-nus  
super aquas mul-tas. Afferte Domi-no fi-li-i De-i. E u o u a e.

**A**FFERTE Domino filii Dei: \* afferte Domino filios arietum.

Afferte Domino gloriam, et honorem, afferte Domino gloriam nomini ejus: \* adorate Dominum in atrio sancto ejus.

Vox Domini super aquas, Deus majestatis intonuit: \* Dominus super aquas multas.

Vox Domini in virtute: \* vox Domini in magnificientia.

Vox Domini confringentis cedros: \* et confringet Dominus cedros Libani.

Et comminuet eas tamquam vitulum Libani: \* et dilectus quemadmodum filius unicornium.

Vox Domini intercedens flammam ignis: \* vox Domini concutientis desertum: et commovebit Dominus desertum Cades.

Vox Domini præparantis cervos, et revelabit condensam: \* et in templo ejus omnes dicent gloriam.

Dominus diluvium inhabitare facit: \* et sedebit Dominus rex in æternum.

Dominus virtutem populo suo dabit: \* Dominus benedic populo suo in pace.

Gloria Patri.

Sicut erat.

VIII

e-us in sancto vi-a tu-a: quis De-us ma-gnus, si-cut De-us  
noster? Vi-de-runt te aquæ De-us, vi-de-runt te aquæ. E u o u a e.

**V**IDERUNT te aquæ Deus, viderunt te aquæ: \* et timuerunt, et turbatae sunt abyssi.

Multitudo sonitus aquarum: \* vocem dederunt nubes.

Etenim sagittæ tuæ transeunt: \* vox tonitruui tui in rota.

Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ: \*

commota est, et contremuit terra.

In mari via tua, et semitæ tuæ in aquis multis:

\* et vestigia tua non cognoscentur.

Deduxisti sicut oves populum tuum, \* in manu Moysi et Aaron.

Gloria Patri.

Sicut erat.